

*Viginti quattuor seniores
Patriarcharum suffraganeorum*

*Liber scilicet divina
agnus eius
sigilla secreta*

Viginti quattuor autē seniores. sunt viginti quattuor suffraganei horum patriarchatum. Nam licet sint plures episcopi. tamen ordinarij maximi suffraganei. erant sex archiepiscopi sub quolibet patriarchatu. Quorum exempla si requirantur duo ponemus. Primum est de antiocheno. Nam antiochie residebat patriarcha. sub quo erant hij potissimi sex archiepiscopi. scilicet. Mesopotamius. Minimitanus. Babilonicus. Assirius. Parthus. et Aedus. Aliud exemplum est in hoc libro de patriarchatu sancti iohannis euāgeliste in asia. quia ipse patriarcha residebat ephesi. sub quo erant illi sex nobilissimi archiepiscopi. omnibus alijs eminentiores quorum tantū ecclesias in hac p̄pobecia nominat sanctus euāgelista. scilicet. Smirnam. Pergamum. Thiatiram. Sardum. Philadelphiam. et Laodiciam. Similiter dicendum est de Hierosolimitano et alexandrino. quia licet sub eis essent innumere ecclesie et episcopi. tamē solū sex erāt potissimi et ordinarij. Et ita in celo vniuersalis ecclesie circūstident romanā ecclesiā quattuor animalia et viginti quattuor seniores. in hoc vniuersali celo ecclesie est liber clausus. qui est diuina p̄ordinatō de futuro statu ecclesie quē solus agnus aperit. ac reuelat suo charo sancto iohanni. Et primo aperuit ei septem sigilla secreta. in quibus significabant septē precipuis p̄secutiōes martyrū ante Constantinū impatorē. Nec igit̄ sunt explanata ab eis ad litterā in primis sex capitulis. Deinde asserunt in septimo capitulo fuisse predicatū Constantinū habentē signū dei viui qui inbibuit quattuor romanis principibus quibus datū erat nocere ecclesie. ne deinceps nocerēt christianis. vt narrat ecclesiastica hystoria. et ea que de Constantino est vita sub quo quāplurimi indeoꝝ et infinitus numerus gentū ad fidem christi venit. Et septimo autē capitulo exclusiue vsq; ad quartūdecimū. inducuntur septem angeli cū septem tubis completis. quas aiunt significare septem precipuas hereses et discidia. ab obediēcia